Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Anno Chri 1399 usqs ad 1420.

Ioannes Abbas Vndecimus.

Anno Domini 1399 in Abbatem domus huius electus est F. Ioannes Pussula. de Brina.
Regnauit annos 21. Emit diuersa bona pro marcis 300.
Obiit anno 1420. De laun in Ayterwang.

Abbas iste Anno Dni 1414 profectus est cum septem personis ad Concilium Constantiense

Anno Domini 1415, F. Ioannes Abbas Cisterc. ite scripsit,
Venerabili et in Chro nobis charissimo, Abbati nostro Monasterii in Stambs Salutem et sincera charitatis affectum.
Vt corpus defuncti fratris quondam uri Monasterii professi, qui propter uitium proprietatis in profana terra sepultus est, exhumari, et Ecclesiae sepulturae tradi facietis, licentiam nobis authoritate Capituli generalis concedimus. Datum Constantiae 24 feb. anno q supra.

S. Pontifex.

Innocentius 7. sedit annos 2. d. 22.
Gregorius 12. sedit annos 2. m. 6. d. 6.
Alexander 5. sedit menses 10. d. 8.
Ioannes 22. dictus 23. sedit annos 5. d. 12.
Maternus 3. dictus V. sedit annos 13. m. 3. d. 12

Cesar.

Rupertus Comes Palatinus Rheni Dux Bauariae, qui electus est impator anno 1400. Erat uir insignis, et postquam regnit imperium annos decem, mortuus est in Oppenheim, et sepultus Haidlberge.
Sigismundus Caroli 4 filius Vir Suma laude dignus, eligitur Francofurti anno 1410.

Comes Tyrolis.

Leopoldus, qui Sueuiam et Tyrolim suo et fratrum nomine regebat, et Tyrolensibus leges et statuta prouincialia instaurabat. Confirmauit priuilegia Tyrolensium. 1406.
Fridericus cum uacua pera.

Leopoldus iste dictus fuit Superbus, eo quod Francofurti in Comitiis omnes principes magnificentia superauerat, ubi praeter aulicum famulitium quinquaginta duos Comites et Barones in comitatu suo habuisse dr.
Mortuus e Vienna Anno 1410. et sepultus ibidem apud S. Stephanum.
Succesit Leopoldo Fridericus qui natu minimus, dictus cu uacua pera.
Anno 1415 citatus fuit Fridericus ad Concilium Constantiense, ut coram Caesare Sigismundo et Synodo compararet, in a. n. veniret (sciens gravissimas et se querelas a Tridentinis et Curiensi Episcopis ad Concilium delatas contra se, neqs in eo foro litem pro se datum iri sperans) contra remp. fecisse, et maiestatis reus fugitur, omnesqs eius subditi à fidelitate sacro absoluunt. omnia eius oppida et dictiones pdta ac direptioni proscribuntur. Dantur et ad vicinas Sueuiae, Helvetiae, et Tractus Rhenani ciuitates littera, Fridericum Ecclesiae ac Imperii hostem, Concilii perturbatorem, cui quicunqs damnu atqs incomoda inferre tenderet, is n solum impunitatem, sed gratiam quoqs ac laudem sibi propositam esse seiret.
Progressum et exitum huiq negotii uide apud Decium lib. 4. fol. 151. et seq.
Fridericus iste fuit medicq quorundam nobilium contra se rebellium, qui eos triqq morbis liberauit, Stain, Ritter, Gries. sicqs uacua suam peram refarcinit.
A° Dni 1404. à Dno Abbate Banne et Conuentu susceptus fuit Fridericus in uram confraternitatem.
Eodem m et tempore susceptq et Illustris Comes Hermannus de Tiersein eiusdem Friderici Coniuncta.
A° Dni 1409 Friderico fundauit missa Dnci.
A° 1406 Leopoldus et Fridericus confirmarunt Tyrolensium priuilegia et immunitates. Veniponti.
A° 1412 idem Ernestus fecit. Veniponti.
A° 1416 Ernestq et Friderico dimiserunt ducatus et prouincias suas. Veniponti.
A° 1421 Friderico confirmauit priuilegia Tyrolensium. Brixinae.